

Aut dic quis sit honos, | quem mihi inesse negas. |

Collegium pistorum | patrono praestantissimo.

Romae rep. ibi ubi N. 1240 (VI 1692 saepius descripta saec. XVI).

1243 honori¹ Memmio Vitrasio Orfito² v. c., genere nobili, domi forisque ad exemplum veterum continentia iustitia constantia providentia omnibusque virtutibus semper inlustri, praef. urbi, non multo interposito tempore iterum praef. urbi³, proconsuli Africae⁴, comiti ordinis primi, item comiti intra consistorium ordinis primi, legato petito senatus populiq. Romani, comiti ordinis secundi⁵, consulari provinciae Siciliae, pontifici maiori Vestae, quindecimviro s. f., pontifici Solis, consuli, praetori, quaestori [k.]⁶, atque his omnibus ab ipsa iuventute perfuncto, ob eius temporibus difficillimis egregias ac salutare provisiones, susceptorum Ostiensium sive Portuensium antiquissimum corpus⁷, ob utilitatem urbis Romae recreatum, statuum constituit.

Romae rep. prope basilicam Lateranensem: semel iterumve descripta saec. XV (VI 1744). — 1) Cf. supra N. 1214. 1220. — 2) Eidem Memmio Orfito positi sunt tituli huius similes ab aliis corporibus VI 1739. 1740. 1742. Idem in praefectura priore posuit titulum VI 1459, in praefectura altera titulos VI 1461. 1462. 1468. Memoratur apud Symmachum, cuius fuit socer, ep. 1, 1. 9, 150 rel. 34 et saepius apud Ammianum. — 3) Praefectus urbi fuit a. 353/5, iterum a. 356—359. — 4) et (vel ac) tertio sacrarum cognitionum iudici, 5) expeditiones bellicas gubernanti addunt similes tituli enumerati not. 2. — 6) quaestori r. traditur. — 7) Cf. C. XIV p. 8.

1244 Fl. Eugenio¹ v. c., ex praefecto praetorio, | consuli ordinario designato², magistro | officiorum omnium³, comiti domestico | ordinis primi omnibusque Palatinis | dignitatibus functo, ob egraegia eius | in rem publicam merita: huic | dd. nn. Constantius victor ac | triumphator semper Augustus et | Iulianus nobilissimus Caesar⁴ | statuum sub auro in foro divi | Traiani, quam ante sub divo | Constante vitae et fidelissimae | devotionis gratia meruit, | adprobante amplissimo senatu | sumptu publico loco suo | restituendam⁵ censuerunt.

Romae olim in aedibus privatis, nunc in foro Traiano (VI 1721 vidit Bormann). — 1) Hic est Eugenius memoratus ut gratus apud Constantem a Libanio pro Aristophane (ed. Reiske 1781 I) p. 427 (Εὐγένιος ὁ μικρὸς γίνεται παρὰ Κωνσταντι μέγας) et p. 440, item ab Athanasio apolog. ad Constantium c. 3, ut magistri (i. e. magistri officiorum) munere apud Constantem functus. — 2) Cum in fastis non commemoretur, vita functus esse putandum est antequam consul procederet. — 3) Cf. not. 1. — 4) A. 353/360. — 5) Statuum Eugenio dedicata sub Constante, eversa fortasse fuit temporibus Magnentii.

1245 Naeratio Cereali v. c. | consuli ord.¹, praef. urb.², | conditori balnearum³, | Cursius Satrius | patrono omnia | praestantissimo.

1246 Naeratio Scopio v. c. | [f]ilio⁴, consulari | Campaniae⁵, | Cursius Satrius | nutritor eius | patrono omnia | praestantissimo.

Romae (VI 1745. 1746 vidit Henzen). — 1) A. 358. — 2) A. 352/3, cf. supra N. 731. — 3) Ad haec balnea spectant complures bases inscriptae Naeratus | Cerealis v. c. |